



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De principiis reru[m] secundum philosophoru[m] opiniones. Caput. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

scura sed perspicua legentibus sint, ratiocinabor. Nā
q; nulla materiāū genera, neq; corpora, neq; res si
ne principiorū cœtu nasci neq; subiecta intellectui pos-
sunt, neq; aliter natura rerum præceptis physicorum
ueras patitur habere explanationes, nisi causæ, quæ
sunt in his rebus, quemadmodū, & quid ita sint sub-
tilibus rationibus habeant demonstrationes.

De principiis rerum secundum philosophorū opi-
niones. Caput. II.

THales quidem primum aquam putauit om-
nium rerum esse principium, Heraclitus
ephesius, qui propter obscuritatem scripto-
rum à grecis σκοτινός est appellatus, ignem, Demo-
critus quiq; eū secutus est, Epicurus atomos, quas no-
stri insecabilia corpora, nonnulli indiuidua uocitau-
erunt, Pythagoreorū uero disciplina adiecit ad aquā
& ignem aera & terrenū. Ergo Democritus & si non
proprie res nominauit, sed tantum indiuidua corpo-
ra proposuit, ideo ea ipsa dixisse uidetur, q̄ ea cum
sint disiuncta, nec leguntur, nec interitionem recipi-
unt, nec sectionibus diuiduntur, sed sempiterno æuo
perpetuo in finitam retinent in se soliditatem. Ex his
ergo congruentibus cum res omnes cōire nasciq; ui-
deantur, & eæ in infinitis generibus rerum natura
essent disparatæ, putauit oportere de uarietatibus et
discriminibus usus earum quasq; haberent in ædifi-
ciis qualitates exponere, uti cum fuerint notæ, nō ha-
beant qui ædificare cogitant, errorem, sed aptas ad
usum copias ædificiis comparent.

D